

ergo crudelissimi Novatiani adversus tot tamque aperta testimonia docere praesumunt? Deus promittit peccatori poenitenti se remissurum & condonaturum peccata, & isti contra divinas promissiones non venentur remissionem negare poenitenti. Sed videte quemadmodum suam impiam doctrinam exponant, credentes illam facilius posse defendi. Fatentur enim peccata ante baptismum commissam posse per baptismum deleri, illa autem quae post baptismum sunt perpetrata, negant posse per poenitentiam dimitti. Sed tunc oportebit eos percontari, an baptismus Dei potentiam, aut misericordiam minuat, aut forte malitiam sicut perperata, negant posse per poenitentiam dimitti. Sed tunc oportebit eos percontari, an baptismus Dei potentiam, aut misericordiam minuat, aut forte malitiam sicut perperata, negant posse per poenitentiam dimitti. Sed tunc oportebit eos percontari, an baptismus Dei potentiam, aut misericordiam minuat, aut forte malitiam sicut perperata, negant posse per poenitentiam dimitti.

peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta novem iustus qui non indigent poenitentia. Hominem vulneratum a latronibus descendentem a Hierusalem in Hierico, Samaritanus perduxit ad stabulum, vinum & oleum in vulnera infudit, duos denarios stabulario dedit expendendos in vulnerati delendam, promittens se postea soluturum quicquid stabularius cum infirmo ultra expendisset. (Luc. 10.) Vulneratus hic peccatorem designat, Samaritanus tam anxiam illius curam habens, est Christus Redemptor noster. Si autem salus huius infirmi desperata jam esset, non tam sollicitus esset Samaritanus de eius salute. Verum quia sperabat infirmum posse in pristina incolumitate restitui, si debita illa applicetur medicina; ideo omnem quam potest adhibet curam, ut sanitatem recuperet. Demum adversus hanc haeresim celebratum est Romae a Cornelio Papa Concilium quinquagesimo Episcoporum, & totidem Presbyterorum, & multo plurimum Diaconorum, in quo haec pestifera haeresis damnata est. Et quamvis huius Concilii decreta non extant, tamen Eusebius Caesariensis lib. 6. historiae Ecclesiasticae cap. 34. de hac re testimonium perhibet. Quod si quis peritinae Eusebio non credit, audiat Concilium Nicenum, quod prohibet, ne aliquis ex Novatianis ad Ecclesiam communionem recipiatur, nisi prius hanc abjurerit haeresim. Nam in octavo capite suorum decretorum Concilium praefatum sic ait: Si qui voluerint venire ad Ecclesiam Catholicam ex Novatianis, placuit Sancto Concilio ut ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu Catholicae Ecclesiae statuta observaturos, id est, communicaturos se & his qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persequuntur tempore lapsi sunt, quibus tamen lapsis poenitentiae modus & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea quae in Ecclesia Catholica observantur. Haec Concilium Nicenum. Et Concilium Tridentinum sub Paulo Tertio celebratum sessione sexta hanc haeresim damnat. Nam in doctrina de justificatione impii, quae in illa sessione data est, capite 14. haec verba continentur. Qui vero ab accepta justificatione gratia per peccatum exciderint, rursum justificari poterunt cum, excitante Deo, poenitentiae Sacramentum, merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint. Hic enim justificationis modus, & lapsi reparatio est quam secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam Sancti Patres apte nuncuparunt. Haec Concilium illud in doctrina de justificatione impii. Sed ne temere contra hanc doctrinam aliquis sentire audeat, Canonem latae sententiae vigesimumnonum protulit, cuius haec sunt verba. Si quis dixerit, eum qui post baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam refurgere, aut posse quidem, sed sola fide amissam justitiam recuperare, sine Sacramento poenitentiae, prout sancta Romana & universalis Ecclesia a Christo Domino & ejus Apostolis edocta, hucusque professam est, servavit & edocuit, anathema sit. Haec Concilium Tridentinum. Adversus hanc haeresim scripsit beatus Cyprianus librum unum in modum sermonis, qui inscribitur de lapsis. Beatus Ambrosius scripsit opus de poenitentia duobus partium libris, in quorum primo adversus Novatianum pugnat. Beatus Chrysostomus fecit alium librum qui inscribitur de repetitione lapsi. Alios non vidit.

etiam discipulis. Ecce beatus Petrus vocat discipulos dominos, & non venentur haereticis negare hoc esse possibile, ut peccator sit, & potestatem aliquam, & dominium habeat. Et ne subterfugiant ad nominis equivocationem, dicentes illos fuisse vocatos dominos equivoce, sicut homo pictus dicitur homo, praecipit, ut talibus discipulis subiecti essent. Ex quo aperte constat illos, non solo nomine dici dominos, sed re, cum illis debeat obedientiam & timor. Deinde aliqui fuerunt peccatores, de quibus Evangelium testatur eos tunc aliquam habuisse potestatis dignitatem. Judas Apostolus erat, (Joann. 6.) & peccator tunc erat: & si hoc Joannes Vvicleph negare non erubescit, ipsamet veritas ore proprio illum redarguit & confundit. Sic enim ait: (Joan. 11.) Nonne duodecim vobis elegit & unus ex vobis diabolus est. Ecce peccator est Judas, & tamen Apostolus est, quoniam a Domino electus est. Nisi forte quem Deus elegit, Vvicleph vult illum ab electione frustrari. Caiphas etiam cum esset Pontifex, anni illius prophetauit, (Matth. 5.) Pontifex erat, & sententiam mortis adversus Christum dicebat. Possibile est ergo, ut quis sit peccator, & sit Papa, aut Episcopus, aut Rex, aut aliquid hujusmodi. Nam qui solem suum facit oriri super bonos & malos, etiam donat regna iustis & peccatoribus. Merito ergo haec sententia damnata fuit in Concilio Constantiensi. Nam ex quadragintaquinque articulis Joannis Vvicleph in illo Concilio, sessione octava damnatis, quartus sic ait: Si Episcopus vel Sacerdos est in peccato mortali, non ordinar, non conficit, non consecrat, non baptizat. Et quinquagesimus articulus illius est iste: nullus est dominus civilis, nullus est praelatus, nullus est Episcopus dum est in peccato mortali. Qui duo articuli simul cum aliis, una super omnes lata sententia damnati sunt. Et in eodem Concilio, sessione quinta decima damnati sunt aliqui articuli Joannis Hus, quorum ultimus eandem habet sententiam, & eisdem verbis, quibus prolatus est quinquagesimus Joannis Vvicleph. Et Concilium Tridentinum, sub Paulo tertio, & Julio tertio celebratum hanc eandem haeresim, quatenus de Sacerdotibus loquitur, damnavit. Nam sessione septima, sub Paulo tertio celebrata, inter multos quos condidit Canones, decimum sub his verbis condidit. Si quis dixerit ministrum in peccato mortali existentem modo omnia essentialia, quae ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, servaverit, non consecrare, aut conferre Sacramentum, anathema sit. Et postea sessione quarta sub Julio tertio celebrata multos addidit Canones, quorum decimus haec continet verba: Si quis dixerit Sacerdotes qui in peccato mortali sunt, potestatem ligandi & solvendi non habere, anathema sit. Haec Concilium Tridentinum. Contra hunc errorem Joannis Vvicleph, scripsit Thomas Vvaldensis in suo primo tomo doctrinalis fidei antiquae, libro tertio, per tria capita ejusdem libri, videlicet 81, 82, & 83.

PRECEPTUM.

Prima haeresis est, quae docet nullum esse in toto lege Evangelicae praecipuum. Huius haeresis inventor est Lutherus, qui ad hunc solum finem totam suam doctrinam dirigere videtur, ut homines ab omni via veritatis avertat, & ad quavis vitia pertrahat. Lutherum secutus est in hac parte Philippus Melancthon in locis communibus. Verba Lutheri in praefatione novi testamenti haec sunt. Non est aliquid in Evangelio praecipuum a Deo. In

gat. Denique hæc pessilientissima Lutheri assertio, damnata est in Concilio Tridentino, sessione sexta, sub Paulo tertio celebrata. Nam in doctrina de justificatione impii, quæ in illa sessione fuit data, capite undecimo, hæc habentur verba. Nemo autem quantumvis justificatus, liberum se esse ab observatione mandatorum putare debet. Et post datum totam doctrinam de justificatione, adjecti sunt pariter Canonem latam sententiam contra temerarios detractores continentem, quorum decimus nonus hæc continet verba. Si quis dixerit, nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit. Proximus Canon post istum, sequentibus verbis describitur: Si quis hominem justificatum & quantumlibet perfectum, dixerit non teneri ad observationem mandatorum Dei & Ecclesie, sed tantum ad credendum: quasi vero Evangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione observationis mandatorum, anathema sit. Hæc Concilium Tridentinum. Sed oportet, ut Lutheri argumentis, aut potius cavillosis strophis respondeamus. Objicit enim nobis Paulum dicentem: (Galat. 3.) *Christus nos redemit de maledictio legis factus pro nobis maledictum.* Et iterum. (Ibidem. 5.) *In libertatem vocati estis fratres.* Verum hæc omnia, & plurima alia his similia, de illa sola libertate loquuntur, qua liberavit nos Deus à servitute legis Moysæ, ut jam post mortem non simus obligati ad servandum caeremonias & judicia legis Moysæ. Et quod iste sit verus & germanus illorum verborum sensus, convincitur aperte ex statu epistolæ ad Galatas, ex qua prædicta testimonia desumpta sunt. Nam in illa tota epistola hoc agit Paulus, ut doceat Galatas, caeremonias & judicia veteris legis post mortem Christi cessasse, & nullam jam virtutem habere: ejus contrarium putabant Galatæ seducti ab aliquibus Pseudoapostolis, qui docuerant eos, legem Moysi simul cum Evangelio esse servandam. Ipsam ergo legem, quatenus judicia & caeremonias continebat, appellavit jugum servitutis, & maledictum: sicut alias Apostoli congregati appellarunt eam onus grave, quod patres nostri portare non potuerunt. (Act. 15.) Verum ne quis hanc libertatem male intelligens, putaret quemadmodum Lutherus, per eam esse liberum ab obedientia reliquorum mandatorum, quæ ad solos bonos mores spectant; dixit ibidem Paulus: (Galat. 5.) *Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasione detis carnis, sed per charitatem spiritus servite invicem.* Quæ verba interpretans Hieronymus in Commentariis super epistolam ad Galatas, hæc ait. „Dicit quispiam, si cessavi à Paulo esse, sub lege, & de servitute in libertatem vocatus sum: ergo debeo ita vivere, ut convenit libertati, nec aliquibus præceptis teneri, sed quodcumque placuerit & voluptas suggererit, hoc facere, implere, sectari. Ad quod respondit Apostolus: Vocatos quidem nos esse in spiritus libertatem: sed ita, ut libertas ipsa carni non serviat. Nec putemus quia nobis omnia licent, omnia expedire, quin potius quia servi legis esse cessavimus, facti liberi, magis per charitatem nobis invicem serviamus, ut lacinosæ legis præcepta, uno dilectionis capitulo concludantur.“ Hæc Hieronymus. Eodem modo intelligendum est etiam illud, ex posteriore ad Corinthios epistola. (cap. 3.) *Ubi spiritus Domini, ibi libertas.* Nam ante hæc verba dixerat Apostolus: *Literna occidit, spiritus est qui vivificat.* Quibus verbis

docuit, non esse in scriptura testamenti literalem sensum, jam suscipiendum in observatione legis, sed sensum spirituale. Quem sensum Judæi non attingunt, quia habent velamen positum super oculos suos, & carent spiritu Domini. *Ubi enim spiritus Domini, ibi libertas.* Quia ubi est spiritus Dei, ibi jam non erit velamen super oculos mentis, sed remoto velamine intelliget se per merita Christi, esse jam liberum à servitute legis Moysæ. Potest etiam aliter intelligi, ut sit libertas à servitute peccati, ubi est spiritus Domini. De qua libertate & servitute illi opposita, dixit Christus. (Joann. 8.) *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Servus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo vos filius liberaverit, vere liberi eritis.* Postquam adhuc verba illa Pauli, ut Anselmus ait, intelligi de libertate in executione mandatorum Dei, ita ut is qui spiritum Domini habet, non timore pœnæ coactus, sed amore Dei ductus sponte justitiam operetur. Et juxta hunc sensum dicit idem Anselmus intelligendum esse, quod alibi Paulus ait: (1. Tim. 1.) *Justo non est lex posita.* Sic enim illum Pauli locum interpretatur. De duritia literæ veteris testamenti dicit Apostolus legem non esse justo positam, sed injusto. Qui enim sponte facit ea quæ lex moraliter jubet, vel amplius, cur ei necessitas legis imponeretur? Libertate enim fecit, non necessitate quod facit. Hæc Anselmus. Eadem interpretationi favet Theophylactus in Commentariis super Paulum, ubi prædicta verba interpretans, ait: Justum hic intellige, qui virtutem perfecit, qui non metu legis, sed propter ipsam honestatem & malitiam odit, & virtutem complectitur, ac majora, quam lex postulat transigit, non dignatus eam insitriticem habere, quæ sibi flagra admoveat, sed virilem virtutem spirans, puerilia transcendit, perinde ac medicus vulnera habenti, aut ægotanti paratus est, non valenti probe: ac frænum inordinate se gerenti equo, non parenti, vel obtemperanti heniocho necessarium est. Hæc Theophylactus. Ecce quam parum hæc Pauli testimonia suffragantur Luthero, cum tamen ipse illorum robore de nobis se triumphare inaniter jactet. Neque verisimile erat Paulum pro hac tam horrenda, ac pessilientia Lutheri doctrina testimonia umquam dedisse, qui alias sæpe adulteros, homicidas, perjuros, fornicarios, fures, & reliquos omnes mandatorum decalogi transgressores excludit à regno Dei, & dignos illos morte esse censet. Non est opus adversus hanc hæresim amplius disputare, quoniam adeo est temeraria, ut vix sit credibile hominem, qui sacras litteras legit, in tantam demeritiam incidisse. Sed quum considero quantum superbia & delitiæ carnis valeant excæcare hominis intellectum, non miror quod Lutherus, in quo hæc duo vitia regnabant in tot tamque horrendos lapsus fuerit errores.

Secunda hæresis est, quæ assertit nullum esse profusum discrimen, inter præceptum & consilium, neque aliquid esse in Evangelio consilium, sed omnia quæ nobis commendantur esse præcepta. Hunc errorem docent concorditer omnes Lutherani, nescio tamen an illum acceperint à Luthero eorum antesignano: quoniam ego in operibus Lutheri quæ legere potui, non inveni, neque illum de hac re ab aliquo notarum reperi. Primus apud quem hunc errorem legi, est Philippus Melancton, qui in libro suo de locis communibus Theologiæ, in titulo de discrimine præceptorum & consiliorum, hæc ait: Quiddam fixerunt in Evangelio consilia esse de non vindicando, de paupertate, de virginitate. Et quidem putant in

Evan-

Evangelio doceri hoc sine, quod hæc opera magis mereantur reconciliationem, aut salutem quam alia opera. Deinde fingunt hæc opera perfectionem esse. Sed hæc sunt plena errorum & superscriptionum. Una est lex Dei, quæ nihil nisi præcepta continet. Hæc Philippus Melancton. Ex quibus verbis, & ex illis quæ in præcedenti hæresi illum docuisse diximus, aperte colligit lector illum secum pugnare. Nam in præcedenti hæresi notatus est, quod dixerit nullam esse in Evangelio præceptum.

Nunc vero ait, nullum esse in Evangelio consilium, sed omnia esse præcepta. Illam tamen priorem assertionem, quæ negavit homines post datum Evangelium teneri ad aliquod præceptum, dixit in libro de locis communibus, quum ætate juvenili ardens delirare cœpit: sed postea errorem intelligens, emendavit illum in eodem libro, & in Apologia confessionis Augustanæ, & incidit in hunc de quo nunc disputamus, quod dicit nullum esse in Evangelio consilium, sed omnia esse præcepta. Fecit ita Philippus iste juxta illam Horatii sententiam.

*Dum vitant stulti vitium, in contraria currunt.*

Post istum Philippum hanc eandem hæresim docet quidam Joannes Spangebergus ex Lutheranorum familia, qui in sua Margarita Theologica, in titulo de consiliis eadem fere verba scripsit, quæ ex Philippo Melanctone supra citavimus, & in tota illa sua Margarita fere nihil aliud scripsit, nisi quod à locis communibus Philippi Melanctonis furatus est. Post istos legi Joannem Calvinum in illo suo opere de institutione religionis Christianæ, in cuius capite quarto. §. decimo septimo, reprehendens monachos propterea quod dicunt se vovere consilia Evangelica, hæc quæ sequuntur, ait: Age, calumniam esse dicunt, quod antea tradidi, non esse contentos præscripta à Deo regula. Atqui etiam si taceam, ipsi plus satis se accusant. Aperte enim docent se plus oneris suscipere, quam suis Christus imposuerit. Quoniam scilicet Evangelica consilia, de diligendis inimicis, de non appetenda vindicta, de non jurando, & cætera, se servaturos promittant, quibus non sunt communiter adstricti Christiani. In eo quum nobis antiquitatem offendent? Nulli umquam veterum hoc venit in mentem. Omnes una voce clamant, nullam penitus voculam à Christo emissam, cui non sit necessario obtemperandum. Et hæc ipsa nominatim, quæ isti boni interpretes, Christum dumtaxat consuluisse, nungantur, iusta esse nulla dubitatione ubique doceat. Hæc Calvinus. In quibus tot inferit & accumulatur mendacia, ut vix unam veritatem reperias. Illud enim inter cætera imprimis falsum est, & mera calumnia, quod dicit Monachos censere, consilium esse & non præceptum à Deo datum de diligendis inimicis, & de non appetenda vindicta. Nullus enim monachus hæc tenet, quod sciam, scripsit dilectionem inimicorum, esse tantum in consilio datam: sed omnes quos legi, fatentur illam esse in præcepto. Appetitum vindictæ nos omnes damnamus, & dicimus illum esse divino præcepto prohibentem, quamvis injuriæ aut damni reparationem, quæ aliquando solet appellari vindicta, coram judice perere non prohibuerit, sed tantum dederit consilium ne illa petatur. Et non fuit contentus Calvinus hanc calumniam omnibus monachis inferre, sed omnibus etiam Theologis scholasticis per eandem calumniam detraxere curavit. Nam in capite tertio ubi de lege divina disserit. §. 86. hæc ait: Quapropter pessilientissima vel ignorantia, vel malitia fuit, quod scholastici ex præceptis de non appetenda vindicta, de

diligendis inimicis, quæ & omnibus Judæis tradita fuerunt, & tum omnibus in commune Christianis tradebantur, consilia fecerunt, quibus parere, vel non parere liberum esset. Eorum autem necessariam obedientiam ad monachos relegarunt, qui vel hoc uno simplicibus Christianis essent justiores, quod ullo se servandis consiliis obfringerent. Hæc Calvinus. Nullus hæcenus scholasticum Theologum vidi, etiam si plurimos in hac parte legerim, qui neget dilectionem inimici esse nobis in præcepto à Christo mandatam, sed omnes uno ore fatentur, Deum de illa præceptum sæpe dedisse. Debuisset ergo Calvinus unum scholasticum Theologum nominare, qui de dilectione inimicorum, & de vindicta non appetenda ita, ut ille asserit, docuisset. Mentitur etiam Calvinus dicens ad Monachos solos obedientiam istarum duarum rerum relegatam. Quoniam etiam in omni monachatu fiat aliquorum consiliorum votum, ut puta de paupertate & de castitate, nullum tamen, quod sciam, est monachatus institutum, in quo votum fiat Deo de diligendis inimicis, & de vindicta non appetenda. Quapropter ego non possum non mirari tantam hominis impudentiam, ut non vereatur tot tamque aperta mendacia & tam pernitiosa in publicum effundere, quod non aliunde quam ex vindicta monachatus evenisse credo. Sed multo apertius adhuc mentitur, quum ait, omnes veteres una voce clamasse, nullam penitus voculam à Christo emissam, cui non sit necessario obtemperandum. Cur, o Calvine, ad confirmationem hujus tuæ sententiæ non citasti unum atque alterum ex veteribus qui pro illa testimonium redderet? Sed nullus fuit ex illis veteribus ab Ecclesia probatis, qui tuo mendacio favere voluit, ne tui similis esset. Ego vero, Deo favente, illorum testimonia infra citabo, ut illorum testimonii quos tibi patrocinari mendacissime jactasti, te de mendacio aperte convincam. Prius tamen sacre scripturæ testimoniis contra hos omnes hæreticos agere oportebit. Sed antequam ad disputationem accedamus, ne de sola vocis significatione contentandus, statueret oportet, quid nomine præcepti, aut consilii intelligamus. Præceptum aliquando, etiam apud probatos auctores, sumitur pro doctrina, & descendit ab hoc verbo, præcipio, quod sæpe ponitur pro docere, & ab eo derivatur hoc nomen præceptor, quod significat magistrum, sive doctorem. Sed in hac significatione non capimus hanc vocem in hac disputatione, in qua contendimus præcepta & consilia differre. Nam si juxta hanc significationem utimur voce præcepti, nos etiam fatebimur consilia esse præcepta: quia etiam consilia nos docuit Christus perinde ac præcepta. Mandatum etiam aliquando dicitur quicquid alicui quovis modo commendatum est, etiam si non cogatur ad illud faciendum. Et juxta hanc significationem etiam consilia dicuntur mandata: quia consilia etiam nobis commendavit Christus, adhortans, sed non obligans nos ad illa, & ideo non utemur impræsentiarum juxta hanc significationem voce mandati. Præceptum ergo sive mandatum, de quo nunc contendimus, est lex sive regula quæ obligat eos quibus datur, ad aliquid agendum vel omitendum, cui legi aut præcepto qui non obediunt, damnationis æternæ sententiam à justo judice audiet. Consilium autem est adhortatio quadam ad bonum cuius obedientia laudabilis est, transgressio vero inculpabilis. Et hæc vobis significationes proprias & germanas colligo ex Hieronymo, qui etiam aliquando nomine præcepti & mandati utitur juxta primam & peregrinam harum vocum significationem, tamen in libro primo con-

Nunnn

tra

sermone de Moyse, hæc ait. Decem præcepta ad nos non pertinent, sed ad solos Judæos. Et in eodem sermone ite- rum ait. Et rétu clare habemus, quod etiam decem præcepta ad nos non pertinent. Non enim nos, sed solos Judæos ex Ægypto eduxit Dominus. Hæc Lutherus, qui in libello de libertate Christiana ita extollit fidem, ut per illam solam dicat totam legem impleri, & fideles ab aliis legis præceptis liberari. Quum primo hæc omnia verba Lutheri legi, non potui non mirari, quod homo qui se Christianum proficitur, tam perfrictæ frontis fuerit, ut non dubitaverit tam temerariam, & tam aperte contrariam Evangelio sententiam asserere, & per scripturas publicas populo venditare. Sed quia Lutherus non Dei gloriam in sua doctrina, sed solum populi applausum & favorem quæsit, ea semper docere curavit, quæ populo magis grata fore intellexit. Et certe hæc potissima fuit causa propter quam brevi temporis spatio, tanta hominum multitudinem ad Lutheri doctrinam defecerit. Nam major populi pars illa semper magis laudat, quæ sunt carni amica: & hæc Lutherus docere curavit. Contigit enim Lutherus, quod olim Epicuro, qui, ut Lactantius refert, plures habuit sectatores, quam omnes reliqui philosophi, quia delicias carnis docebat, quas cæteri philosophi averfabantur. Contra hanc pestilentissimam hæresim pugnavit totum Evangelium. Non veni solvere legem, inquit Christus Salvator noster (Matth. 5.) sed adimplere. Adimplevit autem legem veterem, quum illi addidit præcepta, quæ non erant in illa, ut illis additis fieret integra, & perfecta lex. Quod autem hoc modo adimpleverit, docet Hieronymus, qui in Commentariis super Matthæum prædicta Christi verba interpretans, hæc ait: „Sive quod de se per alios Prophetas, adimpleverit: sive quod ea quæ ante propter infirmitatem audientium rudia & imperfecta fuerant, sua prædicatione compleverit, jam tollens, & vicem tallionis excludens, & occultam in mente concupiscentiam.“ Hæc Hieronymus. Eodem modo interpretatur illa verba Chrysostomus, homilia sextadecima super Matthæum, hæc inquit: „Quis enim id fuerat suspicatus? quisve studio istud objecerat, ut contra necessario videatur occurrere? Neque enim ea dictis ejus istiusmodi suspicio nascebatur. Nam jubens esse mites, modestos ac misericordes, & mundo corde, & pro justitia decertare, nihil utique tale monstrabat: sed totum hujusmodi, quod huic potius suspensioni esset adversum. Cur igitur hoc dixit? Non otiose omnino, nec vacue: sed quia veteribus præceptis multo erat majora postiturus, dicens. Audistis quia dictum est antiquis, non occides: ego autem dico vobis, etiam ab iracundia temperare, & divina quadam conversatione, atque cœlesti, iter celebrare vivendi.“ Hæc Chrysostomus, qui post multa alia in eadem homilia, interpretans illa verba Christi: Qui ergo solvovit unum de mandatis istius minimis, &c. hæc ait. Qua igitur gratia vocavit minima mandata cum tam magna certe sint atque sublimia? Quia enim conditurus erat ipse legem: sicut semetipsum humiliat, inierum & mediocria de seipso loquitur: ita nunc etiam de præceptis suis: nos scilicet per hæc, quoque docens mediocritatem ubique servare. Hæc Chrysostomus. Ex quibus aperte convincitur Christum præcepta dedisse in Evangelio, & legem statuisse, ut novam, ut non solum Redemptor, sed etiam legislator merito dici debeat. Consensit Chrysostomo & Hieronymo in declaratione prædictorum Christi verborum Tertullianus, qui libro quarto contra Martionem, hæc ait. Reciditne Chris-

tus præcepta non occidendi, non adulterandi, non falsum testandi, diligenti patrem & matrem? Ante & illa servavit, & quæ deerant, adjecit. Salvum est & hoc in Evangelio. (Joann. 15.) Non veni dissolvere legem & Prophetas, sed potius adimplere. Hæc Tertullianus Præterea. Christus Apostolos suos alloquens, dixit. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta patris mei servavi, & mansi in eius dilectione. Ex quibus verbis constat, Christum aliqua præcepta Apostolis suis dedisse; constat etiam non solum peccatores, sed etiam justos divinis præceptis esse subiectos. Nam Apostoli, quum hæc illis Christus dixit, justi erant, & Christi testimonio probati, qui dixit illis: (Ibidem.) Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Illud etiam est manifestum ad convincendum Lutheri errorem, quod Christus Apostolis suis alibi dicit: (Matth. 28.) Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Ex quibus verbis apertissime convincitur Christum præcepta dedisse, qui mandat Apostolis, ut doceant omnes gentes servare illa. Dicens, omnes gentes, neminem excludit, sive justum, sive peccatorem: ut hac ratione ostenderet neminem esse liberum ab obedientia mandatorum Dei. Ut autem Lutherus intelligat ex illis Christi verbis evidenter colligi Christum præcepta dedisse; audiat quid Hieronymus super Mattheum prædicta verba interpretans, dicat. „Ordo præceptum, inquit ille, jusse Apostolis, ut docerent universas gentes, deinde fidei, in iungent Sacramento, & post fidem ac baptismum, quæ essent observanda, præciperent. Ac ne putemus, levia esse, quæ iussa sunt & pauca, addidit. Omnia, quaecumque mandavi vobis. Ut quicumque crediderint, qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia faciant, quæ præcepta sunt.“ Hæc Hieronymus. Ecce Lutherus, vide quomodo ex sententia Salvatoris post fidem Evangelii susceptam, tenemur ad aliqua præcepta servanda. Sed descendamus ad particularia Evangelicæ legis præcepta, quæcumque ex illis particularibus multo clarior veritas eluceat, quam ex universalibus, aut indefinitis elocutionibus. Fidem Christi esse præceptam in Evangelio, aperte constat ex illis Christi verbis: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Si damnatur qui non credit, consequens est manifestum, ut omnibus sub pœna peccati mortalis præceptum sit credere: quoniam nullus nisi pro peccato mortali damnatur. Lutherus ipse faterur fidem esse sic necessariam, ut nihil dicat esse peccatum nisi solam infidelitatem. Et propterea non possum intelligere quomodo ille sibi constare possit, dicens, nullum est præceptum in Evangelio: quoniam si fides est necessaria, consequens est, ut sit præcepta. Eodem modo convincitur præceptum esse datum de baptismo, quia necessitatem illius ad salutem expressit Christus, dicens: (Joann. 3.) Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum Dei. Necessitas autem illa ad salutem, aperte indicat præceptum: quoniam nullus à regno Dei excluditur, nisi propter transgressionem alicujus præcepti. Nam servanti omnia præcepta Christus promittit vitam æternam. Et hinc evidenter colligitur, baptismum esse sub præcepto, quoniam alias posset homo sine illo salvari, si reliqua omnia præcepta servasset: quia Christus dixit: (Matth. 19.) Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Igitur homo adultus ante baptismum justificatus, pos-

set

set sine baptismo & sine illius desiderio salvari, si baptismus non esset in præcepto. Est igitur baptismus in præcepto his, quibus est idonee prædicatus, ita ut qui post sufficientem illius prædicationem baptizari nolunt, quum possint, non solum ob alia peccata damnantur, sed etiam propter neglectum baptismum. Penitentiam esse in præcepto probatur, non solum ex illis Christi verbis: (Matth. 4.) Agite penitentiam, & appropinquabit regnum celorum: sed multo apertius ex istis ejusdem Salvatoris verbis: (Luc. 13.) Nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Nam illa comminatio inferni apertum est iudicium præcepti divini obligantis ad mortem. Neque aliis verbis apertius potest vis præcepti declarari, quam per talis pœnæ comminationem. Aperte etiam indicat præceptum penitentiae illa gravis & frequens reprehensio Dei, quæ peccatores non solum propter alia peccata, sed etiam propter impenitentiam percutit. Nam per Hieremiam Prophetam (cap. 3.) filios Israel arguens, ostendit se magis offensum & exasperatum propter impenitentiam, & obstinationem, quam propter alia gravissima illorum scelera. Frons mulieris meretricis (inquit Deus) facta est tibi, nolisti erubescere. Et post pauca iterum ait: Quomodo si contempnit mulier amorem suum, sic contempnit mandata Israel. Quibus verbis Deus impenitentiam ipsam aperte vocat contemptum. Et ipsemet Propheta hanc illorum obstinationem accusat, dicens: (Prov. 6.) Percussisti eos & non doluerunt, attrivisti eos & renuerunt accipere disciplinam. Induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. Eodem modo accusat eos Propheta Ezechiel, capite 3. Et sapientia divina indignata de peccatorum impenitentia ait illis: Desperastis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo quum vobis id quod timebatis, advenerit. Numquam tam asper loqueretur sapientia divina, nisi illa propter peccatorum impenitentiam esset graviter exasperata. Sed his omnibus multo apertius indicat præceptum penitentiae, quod penitentiam nimium procrastinata auget pœnam ultra eam quæ propter alia peccata esset exigenda. Et hoc ipsum indicavit Paulus, quum peccatorem alloquens, dixit: (Rom. 2.) Secundum Deum autem duritiam tuam, & impenitentem cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis iusti iudicii Dei. Thesaurizare dixit, pro eo quod est, pœnas pœnis addere: quemadmodum si qui thesaurizant, divitias divitiis jungunt & accumulunt. Est ergo præceptum de penitentia, sed si quæras in quo præcepto decalogi illud continetur, responderi potest, quod in præcepto dilectionis Dei: quia ad veram amicitiam spectat, non offendere amicum, & post offensam commissam dolere propter illam. Et juxta hanc sententiam dicere etiam oportebit, omne peccatum esse contra præceptum de Dilectione Dei, sicut è contrario omne præceptum, ut Paulus docet, (2. Tim. 1.) continetur in præcepto de dilectione Dei. Potest aliter, & forte melius responderi, quod præceptum penitentiae, non est unum sed multiplex: quia quaecumque peccati penitentia continetur in illo eodem præcepto, contra quod fuit peccatum commissum. Nam sicut per quodlibet præceptum prohibetur peccatum, ita etiam perseverantia in illo, & inde colligitur præceptum de penitentia: quia non potest ab illo sine penitentia discedere. Verum hæc omnia quæ de penitentia diximus, solum probant de penitentia, quæ virtus est, quod illa sit in præcepto. De penitentia autem sacramentali, quod sit à Deo præcepta, jam supra probatum est, in titulo de confessione, &

in titulo de penitentia. Rursum, Lutherum negantem esse aliquid præceptum in Evangelio, suo proprio gladio facile jugulare possumus. Nam ille omnes viros Catholicos Romano Pontifici obedientes, quos ille Papistas vocat, hac ratione illos accusat, quod Eucharistiam laici non recipiunt sub utraque specie, neque Sacramentes illis sub utraque specie tradunt. Dicit enim ille, ut in titulo de Eucharistia plenius retulimus, Christum præcepisse nobis Eucharistiam sub utraque specie sumere. Si hoc Christus præcepit, quomodo verum esse potest, quod nunc ait, nullum esse præceptum datum à Christo in Evangelio? Deinde, si nullum est præceptum in Evangelio: ergo nullum est peccatum in eis, qui sub Evangelio vivunt. Nam Paulus docet, (Rom. 4.) non esse prævaricationem ubi non est lex. Si non est prævaricatio: ergo nec peccatum? quia Propheta Regius censet, omnes peccatores esse prævaricantes. (Psal. 118.) Hæc est ergo libertas Evangelica, quam prædicat Lutherus, ut hominibus liceat, quicquid liberit, citra peccatum agere. Præter hæc peculiaria Evangelii præcepta, oportet me probare illa decalogi præcepta, etiam pertinere ad Christianos, sicut ad Judæos: quod certe non magnum negotium nobis facesset. Nam præcepta illa sunt de lege naturæ, & omnia, præter tria primæ tabulæ præcepta deducuntur ex illis duobus primis naturalis rationis notissimis principiis. Quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, hæc & facite illis. (Matth. 5.) Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. At cum Christus in Evangelio confirmaverit hæc duo legis naturæ principia, convincitur inde etiam confirmasse omnia decalogi præcepta, quæ ex illis duobus necessario derivantur. Apertius autem aliqua decalogi præcepta confirmavit, in præclaro illo sermone, quem habuit in monte, de homicidio, adulterio, & perjurio differens, ubi strictius illa servari iussit, quam fuerant olim à Judæis observata, tantum abest, ut homines sub Evangelio viventes ab illorum observatione liberos esse voluerit. Præterea, adulescenti interroganti quid faceret, ut vitam æternam assequeretur, respondit illi Christus: (Matth. 19.) Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Et cum ultra interrogasset adulescens, quæ essent illa mandata, respondit iterum illi. Non homicidium facies, non adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium dicies, honora patrem tuum & matrem. Hæc autem omnia mandata, ut notissimum est, cum ad decalogum pertinent, nescio qua fronte, aut temeritate ausus est dicere Lutherus, decem præcepta non pertinere ad Christianos, sed ad Judæos. Rursum, si illa decem legis præcepta, ideo ad solos Judæos spectare credendum est, quia illos solos Deus eduxit ex Ægypto, eadem ratione dicere oporteret, illa jam ad nullos homines pertinere, quia neque Saracenos, neque Paganos eduxit ex Ægypto, Judæos autem non magis obligant, quam Christianos: quia lex Mosæica post mortem Christi profus revocata, est quoad cæremonias & judicia. Moralia vero præcepta, ut sunt omnia quæ ad decalogum pertinent, non data sunt illis solis, neque solum post exitum ab Ægypto, sed simul cum ipsa hominis creatione scripta sunt, ut Paulus docet, (Rom. 2.) in cordibus hominum. Nam si tantum post exitum ab Ægypto data essent hominibus, consequens esset, ut ante illud tempus homines illa transgressi non peccassent. Sequeretur etiam nullos homines præter Judæos, umquam peccasse propter transgressionem quaecumque præcepti ex decalogo, quia lex quæ per Moysen, & non ante data fuerat, solos Judæos obli-

gat.

tra Jovinianum, ubi rem ex professo traclabat, aperte distinguit inter præceptum & consilium, sic dicens. „ Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri. Quod necesse est fieri, nisi fiat, penam habet. Frustra enim jubetur, quod in arbitrio ejus ponitur, cui iustum est. Et paucis interpolatis, subiungit. Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est: ubi præceptum, necessitas est servientis. „ Hæc Hieronymus. Hac verborum significatione utentes, inquiramus an aliqua sint in Evangelio huiusmodi consilia à præceptis distincta. Differentiam consiliorum à præceptis docuit Christus magister noster per ea omnia quæ cuidam adolescenti illum interroganti respondit. Nam quum ille interrogaret, quid faciendo vita æternam possideret, respondit illi Christus Salvator noster: (Matth. 19.) *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.* Quum autem dixisset adolescens, se omnia mandata servasse à juventute sua, dixit illi Christus Salvator noster: *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & veni sequere me.* In quibus verbis id annotare oportet, quod aliud dixit esse necessarium ad assequendum vitam æternam, & aliud ad perfectionem obtinendam.

Non enim omnes qui vitam æternam ingrediuntur, ut Jovinianus dixit, sunt æquales in gloria. Nam sicut alia est claritas solis, alia lunæ, alia stellarum: ita etiam varius est splendor gloriæ in animabus beatorum. Fuerunt enim quidam solum incipientes ingredi viam virtutis. Alii qui paulo post progressi sunt. Alii qui adeo in virtutibus profecerunt, ut in nulla re preferri gravi, Deum umquam offenderint, & in parvis raro. Qui non offendit in verbo, inquit Jacobus cap. 3. *hic perfectus est vir.* Cum autem nullus perpetuo excludatur à vita æterna propter solam unius verbi otiosi offensionem. Convincitur aliquos esse dignos vitam æternam, qui tamen quum hic viverent, non fuerint perfecti. Ad assequendum vitam æternam solum dicit esse necessarium servare mandata, inter quæ non connumeravit propriæ possessionis abdicationem. Ad solum statum perfectionis acquirendum, dixit, ut venderet quæ habebat, & sequeretur illum. At nullus obligatur perfectionem obtinere, ut per illum possit ingredi vitam æternam: nullus ergo obligatur propria bona vendere & pauperibus dare, ad consequendum vitam æternam. Et inde convincitur talium bonorum abdicationem non esse præceptam, sed solum in consilio datam, quia non offenditur à Christo tamquam necessaria ad vitam, sed tamquam gradus ad perfectionem. Et huic sententiæ aperte favet Chrysofost. Homilia 64. super Matthæum, ubi prædicta verba Salvatoris quibus adolescentem ad perfectionem hortatur, interpretans, hæc ait: „ Porspice quot bravia, quot coronas huic stadio proponit, si autem ille tentasset, hæc ei non dicentur: nunc vero & hæc illi manifestantur, & ut alliciat, ingentem ei mercedem futuram ostendit, & voluntati ejus universa relinquit. Ita, his omnibus, ne onerosa videretur admonitio, facere studebat, ac ideo antequam certaminis laborem ostenderet, bravium præ oculis posuit, dicens: *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes & da pauperibus:* & rursus iterum præmia inculcat, *Et habebis thesaurum in celo, & veni & sequere me.* Non enim parva retributio est diligenter Dominum sequi. Et habebis, inquit, thesaurum in celis. Nam quoniam magna illi cura de pecuniis erat, quandoquidem cunctis denudari rebus consulebat, ut ostendat non amissurum

bona sua, sed tanto plura majoraque inventurum quantum terra cælum præstabilius est, retributionis prætantiam thesaurum appellavit. „ Hæc Chrysofostomus. In quibus verbis aperte satis docet illa Christi verba esse consilium, & admonitionem. Hieronymus etiam eidem sententiæ favet, qui in commentariis super Matthæum eadem verba interpretans, hæc ait: „ In potestate est utrum velimus esse perfecti. Tamen quicumque perfectus esse voluerit, debet vendere quæ habet, & non ex parte vendere, sicut Ananias fecit & Saphira, (Act. 5.) sed totum vendere, & cum venderit omne, dare pauperibus, & sic sibi præparare thesaurum in regno cælorum. Hæc Hieronymus.

Ex cuius verbis constat perfectionem illam, ad cuius consecutionem Christus exigit propriæ possessionis abdicationem, non esse præceptam, sed in nostra sitam potestate, & nostro arbitrio relictam. Et certe hoc idem docuit Petrus, quum reprehendens Ananiam propterea quod partem pretii possessionis venditæ sibi retinuerat, dixit illi: *Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate?* In sua potestate esse dixit: quia non fuerunt præcepto aliquo constructi ad vendendum, sed in libertate illorum fuit vendere, & post venundatum agrum, liberum erat illi dare vel non dare pretium agri venditi. Ex quibus Petri verbis convincitur falsam esse, & à littera omnino alienam illam interpretationem quam Joannes Vvicleph, & post illum Lutherani omnes reddunt præfatis illis verbis Christi. Dicunt enim Christum illic de illa sola bonorum renuntiatione fuisse locutum, quæ ad veram fidei confessionem urgente persecutione, est necessaria: & hanc dicunt esse in præcepto. Sed hæc interpretatio aperte repugnat verbis Christi: quia hæc bonorum abdicatione urgente fidei confessione, non solum esse necessaria ad perfectionem, sed etiam ad ingressum vitæ æternæ. Christus autem non est locutus, ut ipsæ litteræ processus ostendit, de abdicatione bonorum necessaria ad ingressum vitæ æternæ, sed de abdicatione qua itur ad perfectionem, quæ, ut Hieronymus dixit, nostro relinquatur arbitrio. Deinde, illi qui bona sua omnia vendebant, & pretium illorum afferbant ad pedes Apostolorum, iuxta hanc Christi doctrinam faciebant: nec tamen ad sic faciendum cogebat illos tyranni alicujus persecutio: neque Ananias à beato Petro punitus est morte, quia urgente tyranni persecutione noluerunt à se abdicare rerum omnium proprietatem: sed quia eligens persecutionem quam Christus in Evangelio docuerat, non juxta illam quam elegerat perfectionem, fecit: sed aliquid sibi de pretio agri venditi servavit. Est aliud non parvum pro confirmatione consiliorum Christi Redemptoris nostri testimonium. Nam cum discipuli audissent à Christo non licere viro dimittere uxorem, nisi ob fornicationem, dixerunt illi: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Quibus Christus respondit: (Matth. 19.) *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi qui de matris utero sic nati sunt: & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt Eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum cælorum. Qui potest capere capiat.*

In quibus verbis tres Eunuchorum species Christus expressit: ex quibus duo primi necessitate coacti servant corporis castitatem: quia est illi vellent, non possent aliter facere. Tertii vero sunt qui seipsos castraverunt propter regnum cælorum. Et hi sponte sua castitatem servant, & istis promittitur præmium regni cælorum. Sed quia hæc res

nium difficilis erat, noluit de illa præceptum dare: sed solum adhortatus est, dicens: *qui potest capere, capiat:* & hæc admonitio, ut aperitissimum est, non præcepti vim habet, sed solum consilium indicat. Unde Hieronymus in commentariis super Matthæum hæc Salvatoris verba declarans, ait: „ Quasi hortantis vox Domini est, & miles suos ad pudicitiam præmium concitantis. *Qui potest capere, capiat:* qui potest pugnare pugnet, superet, ac triumphet. „ Hæc Hieronymus, qui dicens esse vocem hortantis, aperte docet esse consilium, non præceptum. Sed multo apertius hanc sententiam docet Chrysofostomus homilia sexagesima tertia super Matthæum, ubi prædicta Christi verba interpretans, hæc ait: „ Ita magis animat atque incendit, vel quia magnitudinem virtutis ostendit, vel quia ineffabilis misericordia sua noluit rem in necessitatem legis concludere. Et ad hæc, possibile id esse monstrat, ut eligendi cupiditas crescere possit, sed si electionis opus, id est, inquiring, quomodo incipies, statim dixit: Non omnes capiunt, sed quibus datum est. Ut singulare inesse certamen perditicæ, non ut sorte datum necessitatem suspiceris.

His enim datam est, qui sponte id eligunt: quod ideo dixit, ut ostenderet superiori nobis auxilio esse opus, quod quidem omnibus paratum est, si volumus, in hac luctatione superiores evadere. „ Hæc Chrysofostomus, qui dicens Christum noluisse rem istam in necessitatem legis concludere, aperte satis declaravit illam non esse datam in præcepto, sed in consilio.

Sed quid moror querendo interpretes verborum Christi, cum Paulus clarissime illa declarer, dicens esse consilium & non præceptum. *De virginibus,* inquit ille, (1. Cor. 7.) *præceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Quæ verba interpretans Hieronymus libro primo contra Jovinianum, ait: „ In propatulo est, cur Apostolus dixerit: *De virginibus præceptum Domini non habeo.* Profecto quia præmiserat Dominus. *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est: & qui potest capere, re, capiat.* Proponit Agonotheras præmium, invitatur ad cursum: tenet in manu virginitalis bravium, ostendit purissimum fontem, & clamitat: *Qui sitit, veniat, & bibat.* *Qui potest capere, capiat.* Non dicit, velitis nolitis, bibendum vobis est, atque currendum: sed qui voluerit, qui poterit currere, atque potare, ille vincet, & satiabitur. Et ideo plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum. Majorque gratiæ est, offerre quod non debeas, quam redere quod exigeris. „ Hæc Hieronymus. Eandem interpretationem reddit prædictis Dei verbis Ambrosius in commentariis super Paulum, sic inquit: „ Præceptum est virginibus negat se accepisse, quia non poterat autor conjugii rem adversam nuptiis imperare, ne factum suum pristinum accusaret. Consilium autem, ait, docet non quod displiceat, neque quod adulatione factum sit: quia ad hoc gratiam consecutus est, ut idoneus sit in dandis consiliis salutaribus. „ Hæc Ambrosius illo loco. Sed multo apertius omnia quæ ad præsentis disputationis statum pertinent, docet in libro de viduis, ubi prædicta Pauli verba interpretans, hæc ait: „ Honorabile itaque conjugium, sed honorabilior integritas. Nam & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit. Quod igitur bonum est, non vitandum est: & quod est melius, eligendum est. Itaque non imponitur, sed præponitur. Et ideo bene Apostolus dixit: *De virginibus autem præceptum Domini*

*non habeo, consilium autem do.* Etenim præceptum in subditos fertur: consilium amicis datur. Ubi præceptum est, ibi lex est: ubi consilium ibi gratia est. Et paucis interpositis subdit. Et ut intelligas distantiam præcepti atque consilii, illum recorderis, cui in Evangelio, ante præscribitur, (Matth. 19.) ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falsum testimonium dicat. Præceptum etenim ibi est, ubi est poena peccati. At vero cum se præcepta legis memorasset implese, consilium ei datur ut vendat omnia, & sequatur Dominum. Hæc enim non præcepto imperantur, sed pro consilio deferuntur. Duplex namque forma mandati est, una præceptiva, altera voluntaria. Unde & Dominus in alio dicit: *Non occides,* ubi præcepit. In alio: (Luc. 17.) *Si vis perfectus esse, vende omnia tua.* Ergo hic liber est à præcepto, cujus defertur arbitrio. Itaque qui præceptum impleverint, possunt dicere: *Servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.* Hoc ergo non dicit ille, qui bona sua vendit, sed quasi reposita expectat præmia. Sicut Sanctus Apostolus ait: (Matth. 19.) *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?* Non enim quasi inutilis servus, quod debuit facere, fecisse se dixit, sed quasi utilis domino, qui commissa sibi talenta quæsit multiplicavit usuris: mercedem fidei atque virtutis, bene sibi concipit, merito, tumque securus expectat. Et ideo ei cum ceteris dicitur: *Vos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis sue, sedebitis: & isti super duodecim sedes judicantes duodecim tribus Israel, at vero illi, qui talenta servaverint, estis præmia minorata super pollicetur, dicens: Quia super pauca fuistis fidelis, super multa te constituam.* Fides igitur ex debito, misericordia in premio. Qui bene credit, ut ei credatur, emeruit. Qui bene contulit, quoniam suum non quæsit, quod cœlestis est imperavit. Ideo ergo præceptum non datur, consilium datur: præceptum enim castitatis est, consilium integritatis. Sed non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim spadones qui de matris utero sic nati sunt: in quibus nature necessitas, virtus non est castitatis. Et sunt spadones qui seipsos castraverunt, voluntate atque, non necessitate, & sunt spadones qui facti sunt ab hominibus. Et ideo magna in eis continentie gratia, quia voluntas facit, non in firmatas continentem. „ Hæc tamen Ambrosius. Quem tam prolixè citavi, quia discernere inter præceptum & consilium manifeste declarat, & pauperitatem & castitatem, quas Lutherani potissimum oderunt, consilia Evangelica esse, aperte demonstrat. Augustinus autem toties reddidit testimonium pro distantia præcepti à consilio, ut nesciam quod cui præteream: aliqua tamen citare oportet, ut quadatum faciamus testimoniorum fundamentum ad stabilendam firmamque faciendam veritatem. In libro primo de adulterinis conjugii ad Pollentium, capite decimo octavo interpretans prædicta verba Pauli: *De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do,* hæc ait: „ Non sit hoc consilium alienum existimemus à Domino, cum continuo sequatur & dicat, *tamquam misericordiam consecutus à Deo, ut fidelis essem.* Secundum Deum ergo dat fidele consilium in eo spiritu de quo ait, *Puto autem quod & ego spiritum Dei habeam.* Verumtamen aliud est Domini jubentis imperium, aliud conservi, secundum misericordiam charitatis, quæ est illi à Domino inspirata atque donata fidele consilium. Ibi aliud facere non licet, hic autem licet: ita sane ut

ipsum licitum partim quidem expedit, partim vero non expedit: Expedit tunc, quando non solum per justitiam, quæ coram Domino est, permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis inferatur: velut cum dat consilium non nubendi Apostolus virginibus: unde præceptum Domini se non habere refertur: licet aliud facere, id est nubere, & minus quam continentia, bonum tamen tenere nuptiarum. Ipsumque licitum etiam expedit, quoniam in verita & illicita ruituram carnis infirmitatem, sic excipit honestate nubendi, ut neminem impediatur ad salutem: quamvis magis expediret, magisque honestum esset, si virgo consilium quo præceptum eam non compellit, arripere. Tunc autem non expedit id quod licitum est, quando permittitur quidem, sed usus ipsius potestatis aliis offert impedimentum salutis. Hæc Augustinus. Ex his sanctissimorum quatuor virorum testimoniis constat evidenter, Calvinum impudentissime mentitum fuisse, quom temerarie asseruit, omnes veteres una voce clamasse, nullam penitus voculam à Christo emissam, cui non sit necessario obtemperandum. Nam Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, inter vetustos Ecclesie Doctores merito referuntur: quoniam eorum qui libet ante mille & centum annos ab hoc sæculo decessit, Sed forte à Calvino non censetur vetusti, quoniam forte talem se putat, ut dicere possit: antequam hi omnes fierent, ego sum. Deinde, percontari vellem Calvinum & Philippum Melanctonem, reliquosque omnes Lutheranos, ubinam sit illa libertas Evangelica, quam quotidie populo vendunt? aut quomodo poterit vere dici libertas, si nullum est in Evangelio consilium, sed omnia sunt præcepta? Dixit enim Christus, ut non resistemus alicui nos offendenti. Si quis nos percusserit in una maxilla præberemus ei & alteram. Si quis in iudicio vellet nobiscum contendere & tollere tunicam, dimitteremus & pallium, & alia id genus nonnulla, quæ in sermone in monte habito, & alibi expressit. Ad quæ omnia, si esse mus omnes ex præcepto obligati, non esset jugum Domini suave, & onus ejus leve, (Matth. 5.) sed esset onus non minus importabile, immo forte magis, quam legis Moisaicæ. Et ideo Augustinus in expositione sermonis Domini in monte, multa ex illis dicit esse consilia, & non præcepta.

Adversus hanc hæresim non est opus amplius disputare, quoniam ea quæ contra illam objicimus, illam apertissime convincunt. Neque respondeo argumentis eorum qui illam asserunt: quoniam nihil pro se asserunt, sed nudam hanc hæresim, & nulla profus ratione sulcitam nobis proponunt. Sed quia consilia perinde, ac præcepta verbo imperativi modi à Christo dicta sunt, ideo forte illi putarunt omnia illa esse præcepta. Et certe multi ex viris Catholicis hac sola ratione ducti, circa aliqua consilia hallucinati sunt, putantes illa esse præcepta. Ut igitur huic deceptioni occasio aliqua ex parte occurrerem, decrevi regulas aliquas ostendere lectori, quibus ille possit consilia à præceptis distinguere. Primâ regula sumenda est ex consideratione duorum præceptorum charitatis, quæ sunt dilectio Dei, & dilectio proximi, ex quibus duobus, ut Christus nos docuit, tota lex pendet, & Propheta. (Matth. 22.) Quicquid igitur necessarium est ad servandam dilectionem Dei, aut proximi, id omne credendum est, esse nobis præceptum: Quoniam plenitudo legis, ut Paulus ait, (Rom. 13.) est dilectio. Quod autem ad augendam dilectionem Dei, aut proxi-

mi, est conveniens, & non necessarium ad illius conservationem, id pro consilio tantum habetur. Secunda regula sumitur ex præmio, quod promittitur obedienti, & ex pœna infligenda transgressori. Nam transgressor damnandus est ad mortem temporalem, aut æternam: clarissime convincitur inde, præceptum esse illud ad mortale peccatum obligans. Quoniam numquam Deus tam gravem pœnam minatur alicui, nisi pro solo peccato mortali. Et hoc modo judicamus omnia in decalogo contenta esse præcepta: quia omnia illa dixit Salvator esse necessaria ad ingressum vitæ æternæ. Hoc etiam modo judicamus mortalia peccata esse contra illa opera carnis, de quibus Paulus ait, (Galat. 5.) quod qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, quoniam nullus à regno Dei excluditur, nisi propter peccatum mortale. Et inde evidenter colligitur, abstinendum ab omnibus illis esse in præcepto. Si autem obedientiam promittitur præmium, & nulla pœna transgressori designatur, juste credere possumus illud esse consilium & non præceptum. Hoc modo intelligimus virginiam esse consilium: quia illi promittitur regnum cælorum à Christo, dicente: (Mat. 19.) Sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter regnum cælorum. Quod si posthabita virginiam elegerit, nulla propter hoc illi à Deo infligitur pœna: Paulo testante, qui ait: (1. Cor. 7.) Si nuperit virgo, non peccat. Eodem modo cognoscimus pauperitatem Evangelicam, esse tantum in consilio, & non in præcepto: quia divitiarum possessori nulla propter hoc pœna assignatur: & illas renuntiantium præmium promittitur à Deo. (Matth. 19.) Per hanc eandem regulam cognoscimus, jejunium numquam in Evangelio datum esse à Christo in præcepto, sed solum in consilio, quia numquam minatus est Christus mortem, aut aliam similem pœnam non jejunanti, & promissit præmium jejunanti propter solum Deum, quom dixit: (Matth. 6.) Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Tertia regula non huic soli negotio, sed omnibus quæ ad fidem, aut mores spectant, accommodari potest, & est totius Ecclesie consensus, ut illa pro præceptis habeamus, quæ ab Ecclesia Catholica fuerunt semper pro præceptis habita, & illa tanquam consilia existimemus, quæ concors sanctorum omnium Doctorum consensus, semper judicavit esse consilia, & non præcepta. Nam cum Ecclesia, ut Paulus ait: (1. Tim. 3.) sit columna & firmamentum veritatis, & Christus cum illa sit, usque ad consummationem sæculi, consequens est, ut in iis quæ ad salutem sunt necessaria, illa errare non possit.

Tertia hæresis asserit, nihil esse bonum & Deo gratum, nisi quod est ab illo mandatum, atque præceptum. Hujus hæresis auctores, & primi inventores sunt etiam Lutherani, neque tamen invenire illam potui in aliquo ex operibus Lutheri, quæ vidi. Joannes Spangerbergus ex Lutheranorum familia, in sua Margarita Theologia, titulo De consiliis, de pauperitate loquens, proponit sibi quæstionem, illique respondet, hæc dicens: Quotuplex est desertio facultatum? Duplex. Altera sit nostra electione, sine mandato Dei, Matth. 15. Frustra me colunt mandatis hominum. Altera est quæ habet mandatum Dei & vocationem, ut quom tyranni cogunt, aut facultates amittere, aut ab Evangelio discedere, aut deficere. Hanc laudat Christus: (Mar. 10.) Qui reliquerit, inquit, agrum, domum, & cætera propter Evangelium, hoc est, propter confessionem Evangelii, centuplum recipiet. Hæc ille. Martinus Butzerus unus ex præcipuis ducibus Lutheranorum, in Apologia confessionis Aug-

gustanæ firmiter asserit, nullum opus nostrum esse Deo gratum, nisi fuerit primo à Deo præceptum, & Erasmus Roterodamum hanc eandem sententiam docuisse ait: Ego tamen ut verum fatear, id in Brasimo non legi, neque hanc Butzeri apologiam vidi, & ideo verba illius in hunc locum citare non potui: sed legi Apologiam Alberti Pighii adversus Butzerum, ubi ille refert Butzerum hoc asseruisse, & propter hanc causam, & multas alias in illa Apologia contra eundem Butzerum pognat. Hæc hæresis deducitur ex proxime præcedenti hæresi, quæ dicit nullum esse in lege divina consilium, sed omnia esse præcepta. Si nullum est consilium, ut illi dicunt, ergo omne bonum est præceptum: quia nullum est bonum Deo gratum, quod ille nobis, aut in præcepto, aut in consilio non ostenderit. Consequens est igitur, ut relegato consilio, omnia bona Deo accepta contineantur sub præcepto. Hoc ideo hic declarare volui, ut intelligat lector contra hanc etiam hæresim pugnare illa omnino, quæ contra proxime præcedentem hæresim objicimus, nam destructo fundamento, necessario corruet hujus hæresis structura, quæ illi innidit. Si constat esse aliqua in Evangelio consilia, quæ non sunt præcepta, constabit etiam multa opera humana esse bona & Deo accepta, quæ tamen Deus non præcepit: quoniam quæ Deus consulit, necessario fieri oportet, illa esse bona. Verum est illa quæ in præcedenti hæresi diximus, satis sint ad præsentis hæresis expugnationem, aliqua tamen illis nunc addere oportet, quæ propriis & specialibus contra illam pugnent, & per se sola convincunt. Primum ergo in acie constituo Abel justum, cujus oblationem Deo placuisse, sacra testatur scriptura, (Genes. 4.) hanc tamen illi fuisse præceptam, verbum Dei non dicit. Nam vir justus transacta jam inundatione diluvii, exiccataque aliquantulum terra, egressus arcam, ædificavit altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. (Ibidem. 8.) De qua re nullum illi fuerat datum à Deo præceptum, & tamen oblationem illam fuisse Deo gratam, sacra scriptura testatur, hæc dicens: (Num. 25.) Oloratusque est Dominus odorem suavitatis. Quibus verbis non solum gratam, sed quod magis est, suavem esse dixit. Phinees filius Eleazari filii Aaron Sacerdotis, absque ullo Dei præcepto interfecit virum Israhelitanum coeurentem cum muliere Madianitide. Hæc tamen istorum occisio quantum placuerit Deo, verba ipsa que propter hoc facinus in favore Phinees, & ad præmium illius, dixit Dominus ad Moysen, aperte ostendunt: Phinees philius Eleazari filii Aaron Sacerdotis (inquit Deus) avertit iram meam à filiis Israel, quia zelo meo commotus est contra eos, & non ipsi decerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum. Ecce do ei pacem fratris mei, & erit tam ipse, quam semini ejus pascuum Sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiavit scelus filiorum Israel. Manifesta est etiam Rachabitarum religio, qui sine Deo præcepto vinum non bibebant, & in multis aliis austeram vitam agebant, quam illis Jonadab eorum pater præcepto injunxerat. (Hierem. 35.) Hæc tamen illorum obedientia, ad quam ex præcepto divino minime tenebantur, valde grata fuit Deo, ut aperte sacra scriptura testatur. Daniel Propheta nullum profus suscepit à Deo jejunandi præceptum, & tamen per illud sic placuit Deo, ut ab eo die quo se assilgere cœpit, Deus exaudierit orationem ejus. (Dan. 10.) Iraus erat Deus contra Ninivitas, sed illi in sacco, cinere & jejuniiis se humiliantes placaverunt illum, quod per opera

illa facere non potuissent, juxta Butzeri doctrinam: quia opera illa non fuerunt à Deo præcepta: scriptura tamen dicit, Deum vidisse opera eorum, quia conversi sunt à via sua mala, & miserum esse super malitia, quam locutus fuerat, ut faceret eis. (Joann. 3.) Quid dicam de Joanne Baptista? Nonne hic laudatus est à Christo propterea quod asperis vestiebatur? (Matth. 11.) Hæc tamen asperitas vestium numquam fuit illi à Deo præcepta. Multos etiam sanctos laudat Paulus, (Heb. 11.) propterea quod circumierunt in melotis, & pellibus capris, egentes, angustiani, afflicti, quibus dignus non erat mandus, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terræ. Et hos omnes dicit accepturos esse re promissionis consummationem propter opera illa, quæ à Deo non sunt præcepta. Sed hæc omnia omissa faciamus, & veniamus ad pauperitatem, de qua bonus ille Spangerbergus dixit non esse Deo gratam, quando fit nostra electione sine mandato Dei. Petrus Apostolus, & reliqui discipuli fuerunt pauperes propria electione sine mandato Dei. Nam est postea dixit, (Matth. 4.) Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: tamen quom primo illi ad scholam Christi venerunt, nihil tale illis fuit dictum: sed absque ullo Christi mandato relicti omnibus: facti sunt illam. Hæc autem desertio facultatum quantum Deo fuerit grata, ipsemet declaravit, quom interroganti Petro, quod præmium habituri essent ipse & sui discipuli, propterea quod reliquissent omnia, respondit: (Ibid. 19.) Amen amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Deinde post ascensionem Christi in cælum, ut Apostolica historia refert, (Act. 3.) omnes qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Hanc suarum facultatum desertionem Deus illis non præcepit, neque illos tyrannus aliquis ad illam sumendam coegit: illam tamen fuisse Deo gratam, scriptura ipsa testatur, quæ propter desertionem illam laudat eos, quod non fuisset, nisi res illa Deo placuisset. Accedit ad hæc omnia, quod Christus Redemptor noster, pauper fuit quatenus homo est: & hanc pauperitatem ille propria electione sumpsit, & non aliquo patris mandato, aut tyranno aliquo cogente. Absurdum autem & nimis impium esset, si quis dicere auderet, illam Christi pauperitatem non fuisse Deo gratam, propterea quod non fuit illi à Deo parte præcepta: quoniam usque adeo per illam meruit, ut nos divites esse mus. Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi (inquit Paulus (1. Cor. 8.) quoniam propter nos egenus factus est, cum esset dives: ut illius inopia nos divites esse mus. Adversus hanc hæresim Butzeri neminem vidi, qui ex professio scriberet, nisi solum Albertum Pighium, qui in præfata Apologia pauca quædam dixit: Sed ante illum Augustinus divino, ut credo, spiritu afflatus, & hanc prævidens hæresim, aliqua non parvi momenti contra illam scripsit, libro primo de adulterinis conjugis, capite decimo quarto, ubi hæc ait: Multa sunt autem facienda non jubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officiis gratiora, quæ cum liceret nobis non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Unde prior ipse Do-

minus cum se tributum non debere monstrasset, solvit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad æternam salutem gerens hominem consulerebat. Jam vero Apostolus quem admodum illa commendat, ejus verba testantur, ubi dicit: (1. Cor. 9.) *Cum enim liber sim ex omnibus, omnium servum me feci, ut plures lucrifacerem.*

Cum Paulus superius dixisset: *Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus sororem mulierem circumducendi, sicut & ceteri Apostoli, & fratres Domini & Cephas? An ego solus, & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis umquam? Quis plantavit vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Et Paulus post: *Si alii (inquit) potestatis vestre participant, non magis nos? Sed non sumus isti hac potestate, sed omnia tolerantur, ne quod impedimentum demus Evangelio Christi.* Deinde post pauca: *Quæ ergo (inquit) mihi merces erit? Ut Evangelizans sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar potestate mea in Evangelio.* Continuoque subjungit, quod paulo ante commemoravit. *Cum enim liber sim ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem.* Item alio loco de quibusdam quæ ad eam pertinent: (1. Cor. 6.) *Omnia (inquit) mihi licita sunt, sed ego sub nullius redigar potestate. Etsi ventri, & ventri vescis, Deus autem & hunc & has evacuabit.* Item alibi de hoc ipso (1. Cor. 10.) *Omnia mihi licita sunt, sed non omnia expediunt. Omnia licita sunt, sed non omnia edificant: nemo quod sum est querat, sed id quod alterius est. At que ut ostenderet unde loqueretur. Omne (inquit) quod in melle venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Et tamen alibi dicit (1. Cor. 8.) *Non manducabo carnes in æternam, ne fratrem meum scandalizem.* Itemque alibi: *Omnia quidem munda, sed malum est homini qui per offensionem manducat.* Quid est, omnia licita sunt? ipsum est, quod malum est homini qui per offensionem manducat. Ita ostendit ea quæ licita sunt, id est, nullo præcepto Domini prohibentur, sicut expedit potius esse tractanda, non præcepto legis, sed consilio charitatis. Hæc sunt quæ amplius erogantur saucio, qui curandus ad stabulum. Samaritani illius miseratione perductus est: (Luc. 10.) Et ideo dicuntur non à Domino præcipi, quamvis à Domino moneantur offerri, ut tanto intelligantur esse gratiora, quanto magis ostenduntur indebita. Hæc tenus Augustinus, quem ideo tam prolixè citavi, quia tot & tam aperta contra hanc hæresim dicit, ut videatur ex professo contra illam disputare. Non enim solum dicit, opera sine Dei præcepto facta posse esse bona & Deo grata, sed aliquando esse meliora, & Deo magis accepta, quam alia quæ ex præcepto illius fiunt. Et idem etiam dixerunt Hieronymus & Ambrosius in aliis suis testimoniis, quæ nos in præcedenti hæresi citavimus.*

Quarta hæresis ad hanc materiam præceptorum spectans, etiam est à Luthero inventa. Dicit enim Deum præcipisse nobis ea quæ impossibilia sunt, ut à nobis serventur: & dat exemplum de duobus præceptis decalogi, videlicet de præcepto dilectionis Dei, & de præcepto, *non concupisces.* Hæc enim duo dicit non posse in hac vita servari: & causam hujus impossibilitatis reddit in præcepto dilectionis, quia necesse est, ut in hac vita existentes aliqua præter Deum amemus: quod quum facimus, Deum jam (ut ipse ait) non ex toto corde amamus. Quapropter colligit non esse possibile Deum, in hac vita ex toto corde diligere: quod tamen (ut ille ait) nobis in primo præcepto mandatum est. De impossibilitate vero observationis alterius præcepti, videlicet: *Non concu-*

*pisces*, talem assignat causam, quod dicit concupiscentiam, quæ in baptizato relinquatur, esse peccatum proprie dictum, & transgressionem hujus præcepti: *non concupisces.* Et quia caro tali concupiscentia infecta ad omne opus liberi arbitrii concurret, inde esse ait, quod omne opus humanum peccatum efficitur. Verum hoc ultimum superius, in titulo de operibus ostendimus esse falsum. Illo enim loco ex sacra scriptura docuimus contra hunc eundem Lutherum, non omne opus humanum esse peccatum. Nunc ergo superest, ut ostendamus observationem omnium præceptorum Dei esse nobis possibilem cum ipsius Dei adjutorio, quod tamen ipse paratus est semper nobis præstare, si nos eo uti volumus. Postquam Dominus præcepta dedit filiis Israel, ostendere voluit omnia, quæ illis præceperat, esse possiblem, ne forte cum ea in posterum omisit, causarentur ea fuisse impossibilia. Sic enim in Deuteronomio (cap. 10.) dicitur: *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, neque in celo situm, ut possis dicere: Quis nostrum valet ad celum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, atque opere compleamus? Neque trans mare positum, ut causeris & dicas: Quis est nobis poterit transfratere mare, & illud ad nos usque deferre, ut possimus audire & facere, quod præceptum est? Sed juxta te est sermo: valde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum.* Hæc ibi. Quibus verbis nihil poterat expressius dici, ut ostenderet observationem mandatorum Dei esse possibilem, præsertim quod in proximè præcedentibus verbis formosam fecerat de præcepto dilectionis Dei ex toto corde, & in sequentibus verbis iterum idem præceptum replicat: ex quo colligitur aperte illud præceptum esse nobis possibile, cum Dei adjutorio, quod ille paratus est nobis præstare: & esse illud de quo specialiter dicit: *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est.* Præterea Dominus apud Matthæum ait: (Mat. 11.) *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* Præcepta sua Dominus appellat jugum & onus, & hæc dicit esse levia; non sunt ergo impossibilia, ut ait Lutherus. Nam si impossibile esset illa servare, non jam levia, sed gravissima essent dicenda. Rursum, beatus Joannes in sua prima Canonica epistola, (cap. 5.) de mandatis Dei dicit: *Mandata ejus gravia non sunt.* Ecce Joannes dicit mandata Dei non esse gravia. & Lutherus non veretur dicere illa esse impossibilia. Nihil enim gravius esse potest alicui, quam id quod nullo modo potest servare. Si ergo mandata Dei gravia non sunt, oportet ut impossibilia non sint. Deinde maxima est dementia, dicere Deum præcepisse impossibile, quoniam tunc Deus injuste ageret. Lege enim naturali docemur neminem obligari ad impossibile. Trifissimum est illud Augustini: *Nemo peccat in eo quod vitare non potest.* Et in quodam sermone ait: *Dominus servum pigrum non damnaret, si ea quæ fieri nullo modo poterat, impertraret.* Et beatus Ambrosius, libro primo de Jacob & vita beata, capite tertio: *nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit.* Beatus Basilus in regula monachorum, capite octogesimo tertio, de dilectione inimicorum loquens, ait: *Nunquam autem præciperet hoc justus & clemens Deus, nisi utique etiam possibilitatem nobis donasset.* Hæc ille. Et Hieronymus ad Damasum ait: *Execramur etiam eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini præceptum esse, & mandata non à singulari posse servari.* Hoc idem testatur Chrysostomus dicens: *Possibile est enim Dei jussa perficere, si modo velimus omnem naturæ trepidationem*

ala-

alacriter superare: nihilque impossibile eorum quæ à Christo hominibus imperantur. Hæc Chrysostomus. Præterite hic non oportet, quod Lutherus sibi ipsi non constat, quia hoc vitio sæpissime laborat. Cum enim de peccatorum confessione loquitur, dicit non oportere confiteri venialia, sed nec etiam omnia mortalia: quia impossibile est omnia mortalia cognoscere: ad impossibile autem, ut ibidem ait, nemo obligatur. Volens etiam probare Petram Apostolum non fuisse cæteris omnibus à Deo prælatum, sic argumentatur: *Primatus iste ne una quidem hora impletus est umquam. Impossibile autem fuisset eum non impleri, si vel præceptus, vel promissus fuisset.* Et paulo post: *Et omnia quæ Deus præcepit, sunt ab aliquibus saltem impleta.* Hæc Lutherus. Quæ omnia cum præsentis doctrina velut ex diametro pugnant. Sed jam opus est, ut examinemus an illa duo præcepta decalogi, quæ ab eo in exemplum ejus assertionis, cuique proposita sunt, recte ab illo intelligantur. De præcepto dilectionis Dei constat Lutherum male sentire, quoniam non sic præcipitur nobis, ut Deum ex toto corde diligamus, quod nihil præter Deum diligamus, aut quod omnes vires nostræ voluntatis tali dilectioni applicemus: sed sic jubetur diligere Deum, ut nihil repugnans præceptis Dei amemus. Quapropter ille dicendus est diligere Deum ex toto corde, qui Deum diligens, reliqua omnia mandata ejus servat. Hoc autem expresse idem Dominus nos docuit, qui dilectionem suam nobis commendans, nihil aliud videtur à nobis exigere, quam suorum mandatorum observationem. Sic enim ait: (Joann. 3.) *Si quis diligit me, sermones meos servabit.* Quæ verba exponens beatus Gregorius, homilia trigesima, sic ait: *Verè enim diligimus, si ad mandata ejus à nostris nos voluptatibus coarctamus.* Ecce qualiter testimonio Gregorii est mandatorum Dei observatione colligitur perfecta Dei dilectio, ita ut ille dicatur implese præceptum de dilectione Dei, qui reliqua Dei mandata servavit. Præterea, beatus Joannes in sua prima Canonica (cap. 5.) ait: *Hæc est charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus.* In hoc ergo charitas custoditur, in quo mandata ejus servamus. Rursum beatus Paulus (Rom. 13.) dicit totam legem in uno mandato impleri, in hoc videlicet: *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Qui ergo verè & prout debet, proximum diligit, iis totam legem implevit. At cum Dominus præcepit nobis proximum diligere, ad opera nos misit, innuens per hoc non tam in affectu, quam in operibus esse implendum præceptum de dilectione proximi. Cum enim jusisset diligere inimicos nostros, continuo subjungit dicens: (Matth. 5.) *Benefacite his qui oderunt vos.* Præceptum ergo de dilectione proximi impletus, diligentes proximos nostros sicut nosipfos, cum præceptum illud legis naturæ servamus: *Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, hæc & facite illis.* (Matth. 7.) Nec tamen hæc omnia sic intelligenda sunt, ut charitatis præceptum, quis putet impleri per operum exercitium sine ulla actuali dilectione. Nam & hæc potissimum requiritur, quoniam inter multa hominum mala, quæ Apostolus enumerat in secunda epistola ad Timotheum, (cap. 3.) hoc quoque addit: *Sine affectione.* Oportet ergo affici Deo: & si cum hoc reliqua omnia illius mandata quispiam servaverit, ille dicendus est diligere Deum ex toto corde, juxta illud modum, secundum quem dilectio Dei nobis in hac vita præcipitur. Nam dilectio Dei ad quam producendam anima omnes adhibet vires suas, & omnem admovet conatum suum, talis (inquam) non potest in hac vita haberi: nec illa nobis in hac vita præcipitur, sed illa est

quæ expectatur in præmium. Beatus Paulus de cognitione Dei loquens, (1. Cor. 13.) ait: *Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum.* Sicut ergo illis de cognitione ait: idem sentire oportet de dilectione, quæ sequitur cognitionem, ut videlicet hic diligamus ex parte, & imposterum diligere speremus ex toto. Hæc autem interpretatio præcepti de dilectione Dei probatur testimonio beati Bernardi, qui sermone quinquagesimo super Cantica ita ait: *Est charitas in actu, est & affectu.* Et de illa quidem quæ operis est, puto datam esse legem hominibus, mandatumque formatum. Nam in affectu, quis ita habeat, ut mandatur? Ergo illa mandatur ad meritum, ista in præmium datur. Cujus initium quidem profectamque vitam quoque præsentem experiri divina posse gratis non negamus, sed plane confirmationem defendimus futuræ felicitatis. Hæc Bernardus. Et beatus Augustinus, libro tertio contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium, capite septimo, eandem docet sententiam, sic dicens: *Sapientiam quibus & cognitionem Dei tunc perfici in nobis, & in Domino tantam exultationem, ut ea sit plena & vera securitas, quis negabit, nisi tam avertis sit à vero, ut ob hoc ad eam pervenire non possit? Verum hæc non erunt in præceptis, sed in eorum quæ hic observanda sunt præmio præceptorum. Et paucis interpositis, addit: Hic ergo præceptum est, ut non peccentis: ibi præmium non posse peccare. Hic præceptum est, ut desideris peccati non obediatis: ibi præmium, ut desideria peccati non habeamus. Hic præceptum est, intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stultitiam quando sapite: Ibi præmium est plena sapientia & perfecta cognitio. Videmus enim nunc per spectulum in ænigmate (ait Apostolus 1. Cor. 13.) tunc autem faciem, ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut cognitus sum. Hic præceptum est: *Exultate Deo adjutori nostro, & exultate iusti in Domino:* ibi præmium est, exultate perfecto & ineffabili gaudio. Hæc Augustinus, qui multa alia illo loco dicit, quod docet in hac misera vita non esse præceptam nobis justitiæ perfectionem, sed illam expectari in præmio. Ex quibus aperte satis colligitur Lutherum, male intellexisse præceptum de dilectione Dei. Deinde si præceptum illud esset, ut Lutherus docet, intelligendum, nullus inveniretur, immo nec inveniri posset, qui illud in hac vita servaverit. At multi sunt, de quibus scriptura sacra testatur (1. Reg. 14.) illos, aut dilexisse Deum, aut quævisse illum, aut servasse illi in toto corde suo. Nam de David Deus ad Hieroboam loquens, ait: *Non justis sicut servus meus David, qui custodivit mandata mea, & ambulavit post me in toto corde suo.* Ecce David ambulavit post Deum in toto corde suo, & custodivit mandata Dei, & tamen David fomitem carnis habebat, qui, ut in cæteris omnibus contingit hominibus, voluntati renitebatur. Convincitur ergo ex hoc loco, nec concupiscentiam carnis esse peccatum contra Dei præceptum, nec etiam illam obflare, quo minus quis diligat Deum ex toto corde, prout à nobis in hac vita diligi mandabatur. Et idem David non veretur ad Deum dicere: (Psal. 118.) *In toto corde meo exquisivit te.* Et iterum: *Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo.* Et rursum: *In toto corde meo scrutabor mandata tua.* Et iterum. *Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui.* Si ad omnia mandata dirigatur David: ergo ad mandatum de dilectione Dei. Et ad aliud: *Non concupisces*, oportet certe alterum istorum fateri, aut quod il-*

lo-